

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rector Academiae Lipsiensis Ad Sacra Paschalia In Templo Academico Pie Celebranda, Illustrissimos Dnn. Comites, Utriusque Reipubl. Proceres Et Cives ...

Schede, Andreas Martin

Lipsiae, [1713?]

VD18 90816757

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:33-1-200473](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:33-1-200473)



1. Progr. Cipp. natal. it. len.
2. Progr. Lipp. pulch. it. len. it. Erfurt.
3. — — Pentec. it. Witt.
4. Hardthura Helmst.
5. Hebreæ de æra nativ. Christi
6. Bel Hist. lingua Ungar.
7. Reimnitz Postscriptum



61. C. 2


61 C 2

27. 28

RECTOR
ACADEMIÆ LIPSIENSIS
AD
SACRA PASCHALIA
IN
TEMPLO ACADEMICO
PIE CELEBRANDA,
ILLUSTRISSIMOS DNN. COMI-
TES, UTRIVSQUE REIPUBL.
PROCÈRES
ET
CIVES ACADEMICOS
HUMANISSIME INVITAT.

028

RECTOR
ACADEMIE LIPSIENTIS
AD
SACRA PASCHALIA
IN
TEMPIO ACADEMICO
ILLUSTRISSIMOS DNI. COM-
TES, UTRIUSQUE REIPUBL.
PROCOERES
ET
CIVES ACADEMICOS
HUMILISSIME INVITAT.



Nulla fidei Christianæ pars ad salutem æternam creditu atque speratu, Christiano magis necessaria est, quam articulus de Christi, & mortuorum futura resurrectione: ignorato enim aut negato hoc, nemo verus Christianus censeripotest aut debet. Id quod Paulus, gentium Apostolus, contra Epicureorum inter Corinthios latentium deliramenta luculenter docuit & demonstravit, Sane veritas ejus e divinis literis ita evidens certa que est, ut a nullo Christiano in dubium vocari queat. Nam etsi (ut in scholis loqui amant) illa *in fieri* obscura sit, (quippe a nullo mortalium visa) *in facto* tamen & *statu*, sole clarior est, Quia non solum *ἀπόπτωα* a DOMINO præordinatorum testimonium ab omni dolo & fraude alienorum verbisubnixa est; Sed his accedit ipsorum inimicorum Christi custodumque sepulchri testimonium, qui famam resuscitati JESU, ad Pontifices atque Pilatum detulerunt, & hic ad Casarem Tiberium. Et, si hæc testium nubes incredulis non sufficit, Angelus de cœlo etiam testis adest, qui mulieres ad sepulchrum Christi venientes edocuit, CHRISTUM *vere resurrexisse*. Præterea evidentiâ atque certitudinem facti hujus (quam aliqui *physicam* vocant) decem CHRISTI resuscitati adparitiones post ejus resurrectionem factæ, & ab Apostolis ac Evangelistis descriptæ ulterius clarissime comprobant. Quapropter em-

X 2

pa. Act. c. VII, 56.
& c. IX, 5.

1. Cor. XV.

Act. X, 40, 41.

Matth. XXVIII.
& ap. Euseb.

H. E. II, 6, 2.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Act. c. VII, 56.

Matth. c. XIII,
14. 15. Joh. XII,
40.

pæctarum & Scepticorum improbae voces nequaquam hic au-
diri debent; nempe quod illi testes fuerint *de domo*; cum
tamen res tam ardua maximique momenti meruisset; ut
CHRISTUS potius hostibus suis, Pontificibus, Pilato,
populoque Judaico infideli sese conspiciendum præbuis-
set ipsum, atque sic ad fidem eosdem commovisset. At vero, si
maxime hoc CHRISTUS fecisset; fidem tamen apud
hanc occæcatam gentem haut inventurus erat. Quia ipse
eorum obstinatum atque præfractam malitiam miracu-
lis ante a se patris expugnari non potuisse, pernoverat.
ideo ad paritionem suam eosdem post resurrectionem frustra
dignari noluit. Satis interim isti cæcorum turbæ esse debu-
it, effecta resurrectionis miranda, ut prædixerat, vidisse.
Sane his omnibus fidem qui derogant, illi mentis suæ insan-
ia merito relinquendi sunt, donec ipsum in gloria adventurum
videant judicem, æternumque doleant.

Ceterum quod futuram moriuorum resurrectionem
attinet, hac in parte multos paganos paullo sanioris fuisse
mentis constat. Nam qui ex Pythagoræ & Platonis olim
schola prodierant Christoque fidem dederant, contemplan-
do hoc universum, eo progressi sunt; ut resurrectionem
mortuorum saniori quoque rationi non esse adversam ad-
miserint, eamque cum Athenagora & Tertulliano, justis li-
bris etiam ex lumine naturæ demonstrarint. Testes hanc
in rem plures allegari possent, si opus foret. Juvat tantum
M. Minutium Felicem, cum Octavio suo ex lumine naturæ de
eadem disputantem audire. Verba hujus sane elegantis-
sima sententiarumque pondere prægnantissima hæc sunt:
*Ceterum (ait) quis tam stultus aut brutus est, ut audeat re-
pugnare, hominem a Deo, ut primum potuit fingi; ita posse de-
nuo reformari? Nihil esse post obitum, & ante ortum nihil fu-
isse;*

In libro, cui ti-
tulus OCTA-
VIUS est, p. 79.
seqv.

isse; sicut de nihilo nasci licuit; ita de nihilo licere re-
 parari? Porro difficilins est, id, quod non sit, incipere,
 quam id, quod fuerit, iterare. Tu perire DEo, cre-
 dis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur? corpus
 omne siue arefcit in pulverem, siue in humorem solvitur,
 vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur,
 subducitur nobis: Sed Deo elementorum custodire serva-
 tur. Nec (ut creditis) ullum damnum sepultura ti-
 memus, sed & veterem & meliorem consuetudinem hu-
 mandi frequentamus. Vide adeo, quam in solatium no-
 stri resurrectionem futuram omnis natura meditetur:
 Sol demergit & nascitur: astra labuntur & redeunt:
 flores occidunt & reviviscunt: Post senium arbuscula
 frondescent; semina non nisi corrupta revirescent: ita
 corpus in seculo, ut arbores in hiberno, occultant viro-
 rem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda ad-
 huc hyeme revirescat & redeat? expectandum nobis
 etiam corporis ver est. Nec ignoro, plerosque conscien-
 tia meritorum nihil se esse post mortem, magis optare,
 quam credere; malunt enim extinguí penitus, quam ad
 supplicia reparari. Quorum error augetur, in seculo & li-
 bertate remissa, & DEi patientia maxima: cuius iudicium
 tardum, tanto magis justum est; & reliqua. Ambrosi-
 us, Mediolanensium Episcopus gravisimus eruditaque
 pietate insignis, fere paria habet: Prima (scribit) re-
 surrectionis fides, usus est mundi, rerumque status omni-
 umque generationum series, successionum vices, obitus
 ortusque signorum, diei & noctis occasus, eorumque quoti-
 die tanquam rediviva successio. Temperamenti quoque ge-
 nitalis huius aliter ratio subesse non posset, nisi humo-
 ris ipsius, quo omnia terrena generantur, quantum di-

de Fide Refur-
 rect. tom. 3. f.
 30. sequ.

urni solis affus extorreret, tantum rore nocturno dispositio divina repararet. Nam quid de fructibus loquar? nonne tibi videntur occidere, cum decidunt; resurgere, cum revirescunt? Quod satum est, resurgit; resurgit, quod mortuum est, & in eadem genera, in easdem species reformatur. Hos terra primum reddidit fructus, in his primum natura nostra speciem resurrectionis imitata est. Quid dubitas de corpore, corpus resurgere? Granum feritur, granum resurgit, pomum decidit, pomum resurgit. Sed miraris, quemadmodum putrefacta solidentur, dispersa coeant, absumpta reparentur: non miraris, quemadmodum semina vapore & congressu terra soluta viridescant? Nam utique etiam ipsa, terreno cohabitum putrefacta solvuntur, & cum occata soli genitalis succus animaverit, quodam calore vitali spiritum quandam herba viridantis exhalant. Deinde paulatim teneram spica adolescentis aetatem culmo erigit & vaginis quibusdam natura, tanquam sedula mater, includit, ne pubescentem glacies adurat aspera, atque a nimio solis defendat ardore. Frugem quoque ipsam adhuc primis erumpentem cunabilis, mox adultam; ne pluvia decutiat, ne aura dispergat, ne avium minorum morsus interimat, vallo aristarum sepire consuevit. Quid igitur miraris, si homines, quos acceperit terra restituat; cum seminum corpora, quae cum vi susceperit, vivificet, erigat, vestiatur, muniatur atque defendat? Desine ergo dubitare, quod depositum generis humani terrae fides reddat, quae commendata sibi semina usurario quodam faenore multiplicata restituit. An de reparandis arboribus divina est providentia, de hominibus nulla cura? Et qui ea, quae ad hominum usus dedit, perire non passus est, hominem
perire

perire patietur quem ad imaginem suam fecit? Sed incredibile tibi videtur, ut mortui revirescant: inspiens tu ipse, quod seminas, nonne prius moritur, ut vivificetur? Sere quemlibet fructum arentem, resuscitatur, &c. Recte hinc Epiphanius cum ante (hæres. LXIV.) locum Paulinum, 1. Cor. c. xv, 35. seqq. contra Originem vindicasset, ulterius pie philosophatur: *Univerſa* (ait) *creatura palam ipsos* (negantes resurrectionem) *singulis diebus resurrectionis speciem ostendens, arguit. Occidit enim dies, & mortuorum modum innuimus per soporem: Exoritur dies, nos expergefaciens & resurrectionis signum demonstrans: Decerpuntur fructus & status rerum excinditur; ita ut hinc nostri discessus species præstituatur, &c.*

Epiph. Tom. I.
l. 2.

Nos ergo, hoc anni tempore, quo tellus revireſcit, agri semina germinant, hortorum flores amœnitate viſum exhilarant atque oblectant, mentes nostras ad ſublimiorem philoſophiam, quæ eſt Chriſtianorum, elevemus; præſertim hoc lato S. Paſchatis feſto, Chriſti Servatoris noſtri, mortuorumque fidelium futuram reſurrectionem devote meditemur, noſtrasque eo ſpes melioris vitæ erigamus. Atque ut hujus compotes per Chriſtum, qui tertia die ex mortuis, ad noſtri juſtificationem reſurrexit, viamque ad vitam meliorem præmunivit ſiamus; opus quoque eſt de ſpirituale reſurrectione in hoc ævo neceſſaria cogitemus. De qua Apoſtolus commoneſcit omnes, qui Chriſtianorum nomine gaudemus. Hanc Chryſoſtomus pulchre deſcribit: Paulus (ait) reſurrectione, quæ de nobis futura eſt, propoſita, aliam a nobis reſurrectionem poſtulat; nempe novum vitæ præſentis genus atque inſtitutum,

Rom. c. VI 4.
ſeqq.
Homil. X. in c.
l. fol. 104.

a mo-

a morum immutatione factum. Nam ubi scortator fit
castus; ubi avarus, misericors; ubi homo durus, man-
suetus; hic quoque resurrectio, alterius existit resurre-
ctio, tanquam alterius proœmium est. Et quo pacto
resurrectio? Peccato quidem mortificato, iustitia autem
exurgente, ac vita quidem pristina deleta, nova autem,
hac & angelica regnante, &c. Similem & huic
tempori convenientem materiam pie meditandi, exi-
mius Vir-Juvenis, M. DANIEL ROSENFELDIUS,
Lipsiensis, Theologiae Cultor laudabilis elegit, cras DEO dan-
te, hora XII in templo nostro Paulino peroraturus, de *Sole*
iustitiae, CHRISTO in sua passione quidem obscurato, & per
mortem velut occidente; sed tertia die, dispulsis omnibus te-
nebrarum maculis, instar solis purissime splendentis resur-
gente, totumque mundum illuminante. Quapropter VOS,
COMITES ILLUSTRISSIMI, *Academiae nostri*
Hospites gratissimi, VOSQUE PROCERES UTRI-
USQUE REIP. AMPLISSIMI, cum Civibus
Nostris amantissimis, qua par est, humanitate ro-
go, ut Hora XII. meridiana, in Sacello Nicolaitano con-
venire, atque inde in templum Paulinum, ad laudatum
jam Oratorem nostrum benevole auscultandum, nobis
ire comites, ne gravemini. Quam benevolentiam de-
mereri, & ut fas est, deprædicare non intermittam. P.P.

XV. April. A. Salutis reparatae

MDCCXIII.

L I P S I Æ,

Literis ANDREÆ MARTINI SCHEDII.

61 C 2

10-18

